

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Commentum super Cantica canticorum**

**Gregor <I., Papst>**

**[Basel], 13. März 1496**

Capitulum III

[urn:nbn:de:bsz:31-313445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-313445)

q̄ suauiter olent. Inter lilia sponsus er-  
go pascit: quia proculdubio animarū ca-  
sitate delectat: que ⁊ in se mundiciā car-  
nis conseruat: ⁊ per nitidas cogitationes  
corā eo placēt: ⁊ extra primis quasi odo-  
ris suauitatē donant. Dies vero aspira-  
bit: ⁊ vmbre inclinabuunt: quādo vita eter-  
na apparebit: ⁊ presens vita finietur. Hic  
quippe nox est ibi dies erit: quia hic t̄ vi-  
sione veritatis caligamus: vbi deus ipse  
tota veritas mētibus elucebat. Ad hanc  
propterea diē sancte anime enitunt: vt per-  
ueniant propter hāc iusticiā illibatam: in  
quantū possunt conseruat: ⁊ quia sine x̄po  
nihil possunt eius auxiliū inuocant: eius  
familiaritatē desiderant. Quarū dū men-  
tem cōsiderat: prope est benignus ⁊ adiu-  
uat: ⁊ quo amplius proficiūt: familiarius  
semper amat: donec finitis tenebris mun-  
di ad vite eterne lucez perfectas educat.  
Quā lucem quia valde desiderāt: eanḡ  
cum dñs ad iudiciū venerit: videntā esse  
putant. Ideo cū desiderio dicūt:  
**Ad Reuertere: similis esto ca-  
pree: hinnuloq; ceruoruz super  
montes bethel.]**

**A** nobis dilectus corporaliter t̄nc abiit:  
quādo post resurrectionē in celū ascendit.  
Tunc autē reuertet̄ quando in fine mūdi  
resuscitatis corporibus hominū omnib;  
in iudicio manifestabit. Qui vere similis  
capree ⁊ hinnulo ceruorū apparebit: quia  
in carne nostra veniens ad iudiciū omni-  
bus se mōstrabit. Per capreā enim que  
mundū est animal: ecclesia designat: que  
dum in celestibus mēte habitat: quasi in  
montibus pascit. Per ceruos autē quid  
aliud q̄ patres antiqui designant: ex quo  
rū carne x̄pus natus: quasi hinnulus cer-  
uorū mūdo est presentatus. Bethel autē  
domus dei interpretat̄: que bene ecclesia  
dei dicit̄: q̄ in ea minus habitat: vuz per  
fidem corda nostra mundant. Super mō-  
tes ergo bethel simul capree hinnuloz  
ceruorum apparebit: quia in eadem hu-  
manitatis forma ad iudiciū veniet: quam

ab ecclesia sumpsit: quando in hoc mūdo  
ex patrū progenie: quasi hinnulus ex cer-  
uis natus fuit. Reuere ⁊ similis capree  
⁊ super montes apparebit: quia ex huma-  
nitatis quidem similis ecclesie erit: ⁊ ta-  
men super ipsos summos: qui quasi mon-  
tes excellunt: in ecclesia sublimior emine-  
bit. Qui dum ventre mozetur: quia eum  
semper sancta anima perquirere nititur.  
Ideo sequitur. **A**

**Capitulum. III**

**A lectulo meo per no-  
ctes quesiui quem dili-  
git anima mea.]**

**L**ectulū sibi sancta anima in nocte facit:  
dum omnes perturbatiōes mundi fugiēs:  
secretum componat in quo requiescit. In  
hoc lectulo quem diligit: querit: quia dū  
ab omnibus sollicitudinibus mundi va-  
cat: in eius inquisitione quomodo ad illuz  
perueniat non quiescit. Notandū est au-  
tem: quia per noctes querit: qui modo in  
hoc mūdo viuit: ⁊ perfecte tenebras tem-  
poralitat̄ a se non excutit. Quas quo  
grauiores patitur: eo feruentius queret  
eum: quo inuenit tenebras amplius non  
patit̄. Sed quia quē querit: nunq̄ per-  
fete in hoc mūdo inuenit. Ideo subiūgit.

**Q**uesui illū ⁊ nō inueni.]  
Quia vero maximo desiderio estuat: et  
quicquid tenet ei non sufficit: donec viles  
ctum inuentat: ideo constantiam inquisi-  
tionis subiungit dicens:

**Surgam ⁊ circuibo per ciui-  
tatem: per vicos ⁊ plateas: que  
ram quē diligit anima mea.]**

Quid per ciuitatē in hoc loco nisi eccle-  
siam: quid per vicos ciuitatis: nisi spiri-  
tuales quosq; accipimus? Qui dum ad  
celestia toto corde gradiūt: angustā vi-  
am tenent qua ad vitam perducant. Per  
plateas autem seculares designant: qui  
dum voluptates suas multas sequitur la-  
tas vias gradiūtur. Surgit ergo sponsa



et ciuitatem circuit: quia perfecta anima que inuisibilia fastidit: omnes sanctos qui sunt vel fuerunt in ecclesia mente cōspicit: si quid forte in eorum actibus reperire poterit: quod imitando ad sponsi inuentio- nem aliquando venire possit. Per vicōs autē et plateas querit: quia dum per bo- norū imitationē ad dilecti familiares am- plexus puenire satagit: non solū in spūali b<sup>o</sup>: sed in ipsīs carnalibus aliqñ inuenit: quod imitari digne possit. Sed postq̄ la- bozem geminā inquisitionis insinauit: iterū difficultatē inuentiois subdit dicēs:

**¶ Quēsiui illū et non inueni.]**

**¶ Sed dum querit et nō inuenit: ipsa etiam querit et inuenitur. Ideo subdit:**

**¶ Inuerūt me vigilēs qui cu- stodiunt ciuitatem.]**

**¶ Quid per vigilēs: nisi doctores eccle- się designant? Quia dum lucrandis ani- mabus et scriptis et dictis inuigilant: ubi desiderij aliquantū sentiunt: augmenta- re ad melius nunq̄ cessant. Si sponsam querentē inueniūt: quia pium xp̄m inue- nire satagentē excipiunt: et ut citius inue- niant: preceptis instrunt: exemplis accen- dunt. Quos ille interrogās dixit:**

**¶ Num: quem diligit anima mea: vidistis?**

**¶ Bene eos interrogare dicit: quia dū eo- rum scripta vel verba vigilātī studio per- scrutat: tanq̄ presentibus: etiam absenti- bus animi intentioe loquēs: quid de xp̄o senserint: suscitaf. Quia vero dum in eos omnino intendit: nunq̄ sponsus inuenit: consequēter subiungit.**

**¶ Paululū cum pertransissem eos inueni quē diligit aīa mea.**

**¶ Paululū vigilēs transtret dilectū inuenit: quia dū eos puros hoīes esse cogitat: ad dei- tatē mentē erigit: ibiq̄ sponsū suū supra homines patri equalē cognoscit. Quem tunc inuenisse se dicit cum sanctis labori- bus adiuta in eius deitatis claritatē oculū fidei tanq̄ per speculū contemplan-**

**do aliquantulū figit. ¶ Tantillū quanta**

**aviditate mētis suscipiat: ostendit dicēs:**

**¶ Tenui illum nec dimittam: donec introducam illum in do- mū matris mee: et in cubiculum genitricis mee.]**

**¶ Mater sponse synagoga extitit: quia ex ipsa predicatorēs habuit: ex quibus verbū veritatis suscepit: per quod in fide reges- nerata fuit. Tenet ergo sponsū ecclesia donec in domū matris eum introducat: quia vsq̄ in finē mūdi ad eius fidei amo- re non recedit: donec ad fidem iudeos ad- ducat. Nō q̄ postea recedat: quippe que in exilio diligit: in patria vidēs amplius amabit. Sed de illo tempore dici debuit de quo a quibuslibet ppter obstantes tē- ptationēs dubitari potuit. In domū ergo matris dilectū introducet: quando in fine mūdi ecclesia per predicationē in plebem iudaicā xp̄iana sacramenta immittet. In cubiculū autem quasi in secretiorē par- tē domus eum introducet: quia ex eadem plebe ita plurimos conuertet: ut omnes mūdi sarcinas abiciant: et in intimis co- gitatiōibus soli deo placere concupiscāt. huiuscemōi homines cubiculum facient sponse: quia dum a se omnes fordes cupi- ditatis abiciant: quasi secretū locum in- mente in quo delectetur component. ¶ Quozuz inquietatiōe in eis delectabiliter pausans sponsus improbus prohibet ite- rum dicens:**

**¶ Adiuro vos filie hierusalem ne suscitatis neq̄ euigilare facie- tis dilectā donec ipsa velit.]**

**¶ In hoc utiq̄ ostendit: quia eiusdē perse- cutiois quosdā de synagoga post conuer- sionē inueniet: cuius de ecclesia q̄ pluri- mos inuenit: dū in eoz quiete similiter de- lectatus ab eis inquietatores p̄hibet: si- cut ab ecclesia p̄hibuit. Introducta ergo ad fidem synagoga ecclesie mentem per opera que videt: cōspicit: et sublimitatem eius valde ammirans dicit:**



**Q**ue est ista que ascendit per desertū sicut virgula sumi ex aromatibus mirrhe et thuris: et vniuersi pulueris pigmentarij. In deserto vtiq; in hoc mundo ecclesia: siue sancta queq; anima vtiut dū a regno exul: inter bestias demones vti delicta degit. Sic em̄ et si non omnino a sponso deserit: tamen quia dū in carne est nondū ad certam eius visionē admittit: dum ab eo per exilia et temptatiōes peregrinat: quia dū adhuc cum eo nō regnat: deserit ab eo sibi videt. Ob hoc semper laborat vt ostendat: vt quem valde diligit: magis ac magis sentiat: quatenus quoniam perfecte eum in deserto non tenet: vel ipso eius desiderio se reficiat: vt sic in via roborata: quādoq; ad hoc quod viu cōcupiuit peruenerat. Sunt quippe nōnulli: qui dū omnia inuisibilia fastidiunt: in eam in celestia erigūt. Et quia in infimis nihil quod eis dulcescat conspicit: totum cor ad superna mādāta conuertit. Hi ab omnibus malis moribus se exiūt: census mūdi cū cupiditatibus contempnūt: spe ad inuisibilia tendūt: et quo ampliori desiderio illis inheret: eo magis ac magis moleste in corruptionē ferunt quā habent. Hi nimirū per desertum ascendūt: quia dum in hoc mūdo inter temptatiōes viuunt: quo amplius dum hīc morantur: deserti mētāt: fortius ista deserāt: et ad illa gradiunt: in quibus cū fuerint: nihil amplius quōd eos ammoueat: iam timebūt. Bene autē sicut virgula sumi ascendere dicunt: quia et odorē bone fame: et subtilitatē mentis habere dicunt: non autē quarūlibet rerū fumus iste dicit: sed ex aromatibus mirrhe et thuris: et vniuersi pulueris pigmentarij existere declaratur. Mirrha quippe mortuorū corpora condunt ne putrescat: thura vero accendunt: vt redoleāt. Per mirrhā ergo carnis mortificatio designatur. Per thura vero orationū mūdicia intelligit. Sancta igitē anima dum carnem suam a putredine vicioz mortificat: dum omnes mundi voluptates per continentiam abnegat: quasi mirrhā mortuo corpori

adhibet: vt post iudiciū a corruptiōe eterna sanū permaneat. Cum vero se ad celestia maiori desiderio accendit: et a cordis cubiculo omnes superfluos cogitatioes feruenter abijcit: quasi thuribulū cor suū coram deo facit. In quozū per dilectionē virtutes cōgregat: quasi carbonēs in thuribulo coapat: in quozū seipam mens in cōspectu dei igne charitatis accendat. Hi feruentes et mūdas oratiōes ad deū emittit: quasi fumū aromātū ex thuribulo educit: vt coram dilecto suaue redoleat: et proximos quozq; ad eius amorē per bona exempla concitare nō desinat. Sed notandū quod nō ait: vniuersi pigmenti: sed vniuersi pulueris pigmentarij. Pigmenta quippe facimus: quā virtutes cōgregamus in corde. Quando vero ipsas nostras virtutes per singula queq; opera diligētius retrastamus: ne quid in operibus nostris incultū remaneat: ne inter virtutes vicium lateat: tūc proculdubio vnguenta virtutū quasi in puluere tundimus: vt eo mūdiora sint opera nostra: quo subtilius ea ab omni subreptione vicioz discernere nō cessamus. Huiusmodi mentes dilecto suo delectabiles se per eius gratiam faciūt: et dum ab omni mūdano strepitu se diuidūt locū in quo sponus requiescat: in seipsis componūt. De qua requie subdit:

**¶** Lectulū salomonis sexaginta fortes ambiūt ex fortissimis israel. Salomon quippe pacificus interpretat. Quid ergo per salomonē: nisi xp̄us intelligit: de quo scriptū est. Ipse est pax nostra: qui fecit vtiq; vnū. Salomoni ergo lectulū facimus: quādo a mūdi sollicitudinibus otioso cessamus: dū in solo desiderio xp̄i libenter pausamus: eiq; vt nobiscū pauset cor ab omni terrena cupiditate mūdāmus. Denarij autē numerus si per senariū numerū multiplicet: nimirū sexaginta complet. Per denariū itaq; decalogū legis accipimus. Per senariū autem totū hoc tempus intelligimus: quōd sex diebus operatorijs volui videmus. Per sexaginta igitē fortes oēs perfectos:



qui fuerunt ante nos in ecclesia intelligimus: qui dñi decē precepta legis quo spiritalius eo fortius in sex diebus cōpleuerūt: quasi sexagenariū numerū perfece-  
runt. Hi lectulū salomonis ambiūt: quia mentē sanctam in qua x̄pus pausat ver-  
bis ⁊ exemplis munit: quibus ab aditu  
mentis venientes hostes repellūt: dum  
īpām mentē exemplis sustinent: scriptis  
erudunt.

**Hi tenent gladios: ⁊ ad bel-  
la doctissimi existunt.]**

Quia dum ad verbū dei opere cōplent: quod corde sciūt: magis ac magis semper docti hostem suū demonē: scilicet sapien-  
tia ⁊ fortitudine vincūt. Per gladiū est  
verbū dei designat. Per manus autē qui  
bus gladios tenent: īpa opera figurant.  
De quibus bene subditur.

**Inius cuiusq; ensis super fe-  
mur suum: propter timores no-  
cturnos.**

Quid per ensē: nisi rigore cōuersatio-  
nis? Et quid per femur: nisi carnis appe-  
titus accipimus? Electi ergo quicq; quā  
ad perfectionē vite profecti sunt: semper  
ensem super femur suū ferunt: quia rigo-  
re cōuersationis appetitū carnis assidue  
frangūt: ne hostis quē in nocte huius mū-  
timent: repente veniēs mollem aditū in-  
ueniat: ⁊ per voluptatis mollicie: eo facis-  
li⁹ quo voluptuosiores inuenerit: ad gra-  
uiora peccata perducat. De laude itaq; sa-  
lomonis adhuc subdit cum dicit:

**Ferculū fecit sibi rex salo-  
mon de lignis libani. Colum-  
nas eius fecit argēteas: reclina-  
torū aureū: ascensum eius pur-  
pureū: media charitate p̄struit  
propter filias hierusalē.]**

Ligna libani impetrabilia esse asserun-  
tur. Ferculū fecit sibi rex salomon de li-  
gnis libani: quia scōm prescītie sue gra-

tiam: x̄ps sanctā ecclesiā de in eternū per-  
manuris sanctis cōstrinxit.

**Columnas eius fecit ar-  
genteas.]**

Quia eidem ecclesie predicatorēs de-  
dit: qui ⁊ vt etiam exemplis sustentaret:  
magna iusticie, rectitudine roborauit: et  
vt predicationibus erudirent: nitore elo-  
qui quasi splēdore argenti decorauit.

**Reclinatoziū argētū fecit.**

Quia dñi in cordibus perfectoz resples-  
dit: eis diuinitatis sue potentia per con-  
templationē ostēdit. In qua cōtemplatio-  
ne vuz eis pulchritudinē celestiu gaudio-  
rum mōstrauit: quasi reclinatoziū ex auro  
eis cōposuit: quia locū in quo se refocillā-  
tes requiescāt: apposuit. Quod reclina-  
toziū bene aureum esse dicit: quia melior  
est sapientia cūctis opibus: ⁊ omnia que  
desiderant ei nō possunt comparari. Ad  
hoc reclinatoziū multis laboribus perue-  
nit: multis tribulationibus ascendit. Ita  
vt si necesse fuerit etiā sanguis effūdī per-  
mittat. Ideo ascensus recte purpureus  
esse dicit. Vuz em̄ sancti quicq; martyres  
ppter vitas eternā corpora sua ad supplē-  
tia tradiderūt. Dum flagella eculeos: ige-  
nes: gladios: ⁊ alia innumerabilia tormē-  
ta patienter pertulerūt: nōne ad reclinato-  
riū istud ad beatā scz vitam per ascensum  
purpureum ascenderūt? Sed nos miseri  
quid agimus? qui in hoc ferculo colūpne  
argentee nō sumus: quia sanctā ⁊ ecclesiā  
nec exemplis sustētamus: nisi predicatione  
docemus. In ea reclinatoziū aureū nō  
habemus: quia terrenis cogitationibus in-  
uoluit: ad splēdore sapientie per cōtem-  
plationē non assurgimus: quia voluptatis  
pureū nec cognoscimus: quia voluptatis  
bus vacantes: labores ⁊ persecutiōes pro  
eterna beatitudine ferre recusam⁹. Cons-  
olat nos aliquantulū quod de hoc ferculo  
subditur.

**Media charitate construit:  
propter filias hierusalem.]**



**Q**uid em̄ per filias hierusalē: nisi cum non filios sed filias dixerit intelligimus: nisi nos debiles: q̄ in ecclesia: nō virt: sed femine sumus: quia contra vicia fortiter nō reluctamur: viriliter resistimus: in utiliter subiacem⁹. Hierusalē em̄ visio pacis interpretat: per quā ecclesia q̄ est mater nostra designat: eo q̄ assidue pacē perpetuā contemplant. Si ergo nos in serculo regis colūpne argenteae non sumus: reclinatozū aureū non habemus. Per ascensum purpureū ascendere nō valemus: saltem charitatē que cōmunis omnibus electis que quasi in medio posita est: teneamus. Per hāc quippe rex salomon nos in serculo suo esse cognoscit: quia in eo cū colunnis argenteis cū reclinatozū aureo cū ascensu purpureo: ppter filias hierusalē: etiā media charitate cōstruit: quia cū summis ecclesie mēbris ad eandē spon-si beatitudinē peruenimus: si charitatē in defessam obseruamus. Sequit:

**R**egredimini filie sion et vide te regem Salomonem in diademate: quo coronauit eum mater sua in die desponsationis eius: et in die leticie cordis.]

**M**ater xpi beata maria esse credit: que coronauit eū diademate: q̄ humanitatez nostrā ex ipsa ipse assumpsit: sicut in euangēlio recitat. Et hoc in die desponsationis eius: et in die leticie cordis eius factū esse dicit: quia quando vnigenitus filius dei deitate suaz humanitati nostre copulare voluit: quādo per bonā voluntatē suam tempore oportuno ecclesiā suam sibi assumere placuit: tūc cum charitatis exultatōis carnem nostrā ex matre virgine suscipere voluit. In qua cū doloribus p tempore viuēs: de redemptiōe nostra vehementer exultauit. Sed cū diadema p gloria assumat: in humanitatis autem susceptione nō gloria verbi dei: sed humilitas esse cognoscat: quomodo in humilitate nostra quasi dyademate coronatus fuisse.

dicitur. Sed euz ipsa eius incarnatio vere gloria nostra fuerit: quia membra eius sumus propter cōmunionē corporis dyadema membrorū bene capitū scriptura pcedit. Sic itaq: quia a sponsa laudatur: et ipse vicissim sponsā laudare dignat dicitur.

**Capitulū III A**

**Q**uam pulchra es amica mea: q̄ pulchra es et decora: oculi tui columbarum: absq̄ eo quod intrinsecus latet.]

**Q**uia hec superius exposuimus: vt potuimus: nūc eadem repetere propter breuitatē seruandā deuitamus. Sed quia adiunctū est absq̄ eo quod intrinsecus latet breuiter videndū est: quomodo superius giungat. Pulchra est ergo spōsa et oculi eius columbarū: absq̄ eo qd̄ intrinsec⁹ latet: q̄ valde honestū est quicquid in exterioribus operat: q̄ simpliciter inter homines conuersat: q̄ ea que videt temporaliter cōcupiscere odignat. Et si quid tamē in hoc mūdo placet: post cōcupiscentias suas ire detestatur. Sed vehementer pulchrius et honest⁹ est: q̄ cordis desiderii illibatū retinere conat: q̄ eterne beatitudinis claritatē in mente retinet: et erecta contemplant: q̄ in his que interius videt: suauiter requiescit: et mūdā. Sequit.

**B**Capilli tui sicut greges caprarū: que ascenderunt de monte galaad.]

**S**i per oculos predicatorēs ecclesie designant: quia ceteris viam ostendūt: bene per capillos populi figurant: qui eidem ecclesie ornatū tribuūt. Capilli ergo sponse sicut grex caprarū esse dicunt: quia populi ecclesie dū pcepta legis ruminātes celestia fide contemplant: mūda sunt animalia et in altis pascunt. Galaad aut̄ aceruus testimonij litterarū. Quid autem per acerauū testimonij: nisi multitudinē.